

Universitätsbibliothek Wuppertal

Aeli Donati qvod fertvr commentvm Terenti

Evgraphi commentvm continens

Donatus, Aelius

Lipsiae, 1908

Hecyra IV

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1594](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1594)

HOC IVRGIVM AD VXOREM putat enim eius causa puellam
discessisse.

IV.

1.

- 516 **1** PERII QVO ME VERTAM ingressus Phidippus puellae
pater inuenit filiam parturientem. primum adulterii crimen
intendit, sed hoc breuiter frangit, quia ex illo peperit, 5
cui nuptum data est. post intendit crimen iniuriarum, quod
partum celare uoluerit. egressa igitur mulier quaerit con-
siliium, quemadmodum respondeat, quod pater cognouerit
519 partum; et consiliium utique ad hoc quaerit **4** ID QVA.
CAUSA CLAM ME HABVISSE DICAM NON EDEPOL SCIO. accu- 10
524 satio illa **9** VIR EGO TVVS SIM. deinde prima propositio
527/28 criminis **12** PEPERIT FILIA EX QVO, cuius solutio **13** EX
QVO CENSES NISI EX ILLO CUI DATA EST NVPTVM. qua re
530 soluta intenditur **15** QVAM OB REM TANTOPERE NOS CELARE
VOLVERIS PARTVM PRAESERTIM CVM ET RECTE ET TEMPORE 15
536 PEPERERIT. et inuectio in eam **21** SED NVNC MIHI IN MEN-
TEM VENIT EX HAC RE QVOD LOCUTA ES OLIM CVM ILLVM
GENERVM CEPIMVS. suspicatur autem, quod aegre mater
puellae ferat Pamphilum amare meretricem et ex hac
540 causa partum celare uoluerit. ideo dicit **25** QVAMVIS CAV- 20
SAM HVNC SVSPICARI QVAM IPSAM VERAM MAVOLO. tunc,
quasi haec uera causa sit, reddit rationem, non esse in-
iuriam grauem a Pamphilo, quod amat meretricem, quo-
niam hoc uitium omnibus adulescentibus uidetur innatum.
547 qua re inuenta mulier aliquid defensionis apponit **32** ADEON 25
ME ESSE PERVICACEM CENSES CUI MATER SIEM 'adeo per-

3 perii <quid agam> *F* (*Ter.*) | quo me euortam (*ex uor-*
tam?) α || 5 perii α || 8 quo *G* α || 9 utique *om.* *G* || 10 accusatio
illa *F*, *om. rel.* || 13 CENSES *om.* *G* α || 14 tanto opere α (*recte?*) |
<omnes> nos *Ter.* || 15 tempore < suo > *F* (*Ter.*) || 16 peperit
G α || 19 < hanc > meretricem amare *G*, < hanc (ha *P*) > mer-
(am-*om.*) α | et *om.* *F* α | ex *om.* *G* || 21 hanc α | malo *F*, uolo
rell. || 25 adeomne (ESSE *om.*) α || 26 sim *FV*, (*ex sit corr.*) *P*

- uicacem' perseuerantem in malo circa eam, cui mater sim, ut hoc animo me esse credas, si modo hoc matrimonium ex utilitate nostra esse potuisset. uerum ostendit hac causa se commoueri, quam senex sit suspicatus. at ille rursus purgat, quod amicum habet Pamphilus, et ferendum esse, si modeste fecit, ut ad eam pergeret: immo magis displiceret, si se ab amica separaret cito, neque idoneus gener esset, apud quem uilis fuerat consuetudo. memor mulier precum suarum marito mandat, ut ad Pamphilum pergat et quaerat, an uelit reducere uxorem: si uelit, reddat, si 10
 567 nolit, quod recte hoc fecerit. — 52 NAM VT HIC LATVRVS HOC SIT IPSAM REM SI RESCIVERIT <NON EDEPOL CLAM ME EST> non me praeterit, quemadmodum laturus sit, etsi
 568 uerum sit id, quod ex adulterio <con>ceperit: nam 53 CVM HOC QVOD LEUE EST quod celabamus partum TAM IRACVNDIO 15
 571 ANIMO TVLIT. — 56 SI PVERVM VT TOLLAM COGIT scit Pamphilo promississe, ut puer exponeretur: aegre fert hoc, ne tollatur puer. quod grauiter ferens <ueretur, ne> Pamphilus
 575 hanc rem celare non possit: concludit enim 60 SIMVL VEREOR PAMPFILVM NE ORATA NOSTRA NEQVEAT DIVTIVS CELARE CVM 20 SCIET ALIENVM PVERVM TOLLI PRO SVO.

2.

- 577 1 NON CLAM ME EST GNATE ME TIBI SVSPECTAM mater Sostrata comperit Pamphilum idcirco nolle reducere uxorem, quod uellet matris iniurias uindicare: credebat enim iurgio matris puellam discessisse. et hoc igitur proprie agit 25 mater, uti rus ipsa discedat, si propter praesentiam suam uxor redire non uult. sed est alia causa Pamphilo, quae repugnat: ille enim propterea non reducit, quia parere

3 uerum *W.*: uirum (-ro *G*) *codd.* || 7 sepatet *Gα* | genere et *codd.*, *corr. Schopen* || 12 NON — EST *suppl. W.* || 13 siet si uerum (-ro *G*) β || 14 conceperit *Westerh.* || 16 tulerit *codd.* | coegit *codd.* | pamphilum *F* || 18 ferens] feret (fert *G*) is β | ueretur ne *add. W.* || 19 hanc rem *W.*: hominem *codd.*; omnem rem *Schoell* || 20 orata] ob dicta *G* || 21 PVERVM *om. F* || 22 EST] esse α || 23 noli α || 24 credat α || 25 proprie agit *Westerh.*: proprietate (utitur post mater *add. F*) *codd.* || 26 suam *om. Gα* || 27 est *G*, cum *rell.*

- puellam uidit et suspicatur ex alio; sed hoc celat. hic ergo in hac scaena iustitiae tractatus est, ac per qualitatem negotialem ab eo quod fieri deceat amplius purgatur, nulla sua culpa factum, uti uxor domo discederet uel odium sui caperet. hoc per coniecturam tangitur. et quo-
- 579 niam filii res est quam dolet, iusiurandum ponit **3** ITA ME DI BENE AMENT ITAQVE OBTINGANT EX TE QVAE EXOPTO MIHI VT NVMQVAM SCIENS COMMERVI MERITO VT CAPERET ILLA ODIVM MEI. qualitatis autem negotialis tractatus ille
- 583 est **7** NVNC TIBI ME CERTVM EST CONTRA GRATIAM REFERRE **10** VT APVD ME PRAEMIVM ESSE POSITVM PIETATI SCIAS. et quoniam ueluti uicem deliberantis tenet, quicquid de possibili suspectat, ponit ab utili **9** HOC ET VOBIS ET MEAE FAMAE COMMODVM ARBITROR. quod quidem et in honesto collocat, siquidem famae dixit commodum. repugnat filius **15** contra ab utili et dicit 'quid? tu rus habitatum migras?' parum est enim migrare rus ex urbe, <idecirco> adiecit 'habitatum': 'ut illic tu sis perpetuo'. rursus ab honesto
- 590 est hic, quod famae opinio sit futura **14** VT QVI NOBIS inquit MATER MALE DICTVM VELIT MEA PERTINACIA DICAT ESSE **20**
- 592 FACTVM HAVT TVA MODESTIA. concludit ab utili **16** TVAS AMICAS ET COGNATAS TE DESERERE NOLO. sed hoc frangit illa dicens iam senectutem suam ista contemnere, quod satis harum rerum uoluptate perfuncta sit, <et> curam suam sibi esse memorat. ne senectus sua ab aliquibus accusetur. ²⁵
- 597 — **21** HIC VIDEO ME ESSE INVISAM IMMÉRITO et hic tetigit quod supra dictum est per coniecturam, quod inmerito ipsa
- 600 <inuisa> sit. — **24** QVOD MALE AVDIT MYLIERV M Graeca

1 suspicatur *Westerh.*: -tus *codd.* || 4 domo *Westerh.*: -mi *codd.* || 5 tangit *G* | quoniam <me di> *codd.*, cf. *infra* || 6 filii — iusiurandum *W.*: filiū res ē ualet (habet *G*) iusiurandum quod *codd.* || 9 tractus α || 11 pietatis *F* α || 13 ET VOBIS post **14** ARBITROR *G* α | MEAE FAMAE] me α, m̄ *G* || 16 inutili (et *om.*) β | quid *Zeune*: quod (*om. G*) *codd.* | habitūm α, *om. G* || 17 idecirco *add. W.* || 18 tu *om.* α || 19 VT *om. F* || 20 inquit *om. G* | ESSE *om. F* || 22 deserere <et festos dies mea causa> nolo *Ter.* || 23 istam *G* α || 24 et *add. W.* | suam *om. F* || 25 commemorat *F* || 27 per *om. F* α; at cf. l. 4 || 28 inuisa *add. W.*

- locutione positum 'male audit mulierum': †Meusoscomnos.
 602 — **26** OBSECO MI PAMPHILE NON TVTE INCOMMODAM REM
 quoniam uidit actu suo filium esse persuasum, ut rus
 discedat, et animaduertit aegre ferre discessum suum, ueluti
 consolationem adhibet, ut aequo animo ferat quamcumque 5
 604 fortunam. — **28** SI CETERA ITA SVNT VT VIS hoc est: si
 puella moribus integris uiuit, sicuti ego arbitror.

3.

- 607 **1** QVEM CVM ISTOC SERMONEM HABVERIS PROCVL HIC
 STANS ACCEPI VXOR pater Pamphili non longe positus au-
 diuit quod uxor loquebatur. impellit amplius, ut istuc 10
 consilium perseueret, ut deliberatio tota tollatur et mater
 rus discedat. sapientis est enim id nunc facere, quod si
 praetermissum fuerit, id aliquando fortasse faciendum est. —
 610 **4** FORS FVAT POL si tantum Fortuna aequae faueat. —
 IBI EGO TE ET TV ME FERES iam mores nouimus nostros: 15
 611 aequo animo nos possumus sustinere. — **5** SPERO ECASTOR
 bene memor senis mulier non confirmauit, sed 'spero' in-
 616 quit. — **10** EX VSV QVOD EST ID PERSEQVAR coactus Pam-
 philus causam dicere, cur nollet reducere uxorem, reuocat
 uerba, ut possit quod rogatus est conticescere*: 'id ergo 20
 exequar, quod ex usu est; quod necesse est, hoc eloquar'.
 deinde fingit causam ideo se nolle reducere, uti concordēs
 618 ambas faciat. — **12** NESCIAS VERVM ID TVA RE FERT NIHIL
 VTRVM ILLAE FECERINT quid illae egerint inter se, curare
 non debes. mox si mater necum hinc rus discedat et per- 25
 seueret in sententia, persuasum est, quod adolescentulis
 odiosa semper senectus est parentum.

α*[20] EX VSV id est ex utilitate.

1 Meusoscomnos *G*, maifoltonio *F*, om. α; ἀνοὸν κακῶς? ||
 3 filio *G* | ut rus *Schopen*: utrum (ut *G*) *codd.* || 8 CVM ISTOC
 istuc α || 13 est om. *F* || 20 ut *Zeune*: ne *codd.* || 22 dein *F*α ||
 23 nescias <nequeas> *G*; cf. *Ter. codd. DEF* || 25 debes *Westerh.*:
 -et *codd.* | perseuerat *F*α || 26 persuasurus (om. est) α || 27 est
 ante semper α

4.

- 623 **1** TIBI QVOQVE EDEPOL SVM IRATVS PHILVMENA haec scaena continet excusationem, cur nollet uxorem <re>ducere, et remouet causam in matrem, ut remotiua sit qualitas: iustum est enim non reducere, quoniam matris commodis seruit. uerum et illud proditur, quod puella peperit: senex enim puellae pater indicat filium natum et adiungit
- 631 **9** NVLLAM DE HIS REBVS CVLPAM COMMERVIT TVA. ait igitur causam senex, ut reducatur uxor, primo his uerbis
- 635 **13** EGO PAMPHILE ESSE INTER NOS SI FIERI POTEST AFFINITATEM HANC SANE PERPETVAM VOLO; secundo ut, si nolit re-
- 637 *ducere, puerum accipiat* **15** SIN EST VT ALITER TVA SIT
- 645 SENTENTIA ACCIPIAS PVERVM. — **23** NEQVEO SATIS QVAM HOC MIHI VIDETVR FACTVM PRAVE PROLOQVI non possum satis loqui, quam satis hoc prave uidetur factum. inuento puero, quod remedium fuerat Pamphilo in calamitate, sumit consilium omnino resistendum esse, ut non reducat uxorem. quare ponit excusationem illam, quam supra dixi. —
- 655 **33** PATER SI ILLA EX ME LIBEROS VELLE SIBI AVT SE ESSE MECVM NVPTAM SATIS CERTO SCIO NON CLAM ME HABERET QVAE CELASSE INTELLEGO finguntur hae causae, quod illa multum [†]mecum[†] laborauerit, et cum alienum animum eius uideat, amantis affectum negat se debere reuocare. —
- 660 **38** MATER QVOD SVASIT SVA ADVLESCENS MVLIER FECIT purgat pater Pamphili puellam ueniali statu, quod coacta fecerit, ut discederet de domo et celaret partum, uel quod mater suaserit uel quod imprudentia aetatis hoc admiserit:
- 663 *'adulescens mulier fecit'*. — **41** AN QVIA NON DELINQVUNT VIRI unde credis mulierem nullam esse in peccato? an suspicio tibi integra est mulieris, quia uiri non peccant?
- 666 — **44** VXOR QVID FACIAT IN MANV NON EST MEA ut oportet

2 reducere W. || 6 filium] puerum α | et] neque Fα ||
 7 ullam α || 8 senex causam α | primo uxor codd., transp. W. ||
 10 nolis . . . accipias G || 14 satis secl. Schoell, fort. recte || 16 ut
 om. G || 17 dixi W.: -it codd. || 21 multa G | mecum] cum
 moecho Schoell | ei G || 22 amantis affectum (-tu F)] ob hoc α ||
 23 SVA om. G || 25 uel] et F || 27 diligunt α || 30 quod facit G

- tuit, senex pater puellae de se fidem promisit integram
 'quid uxor peccet aut faciat, in manu mea non est, quan-
 tum ad me pertinet: in neutra re uobis difficultas a me
 670 crit'. — **48** QVEM IPSE NEGLEXIT PATER EGO ALAM prospicit
 cogi se Pamphilus, ut puerum tollat. hanc reperit causam, 5
 quod puerum ipsa mater neglexerit ex eo, quod celare par-
 672 tum uoluerit. — **50** PRODEMVS QVAESO hic noua suspi-
 cione Pamphili pater ducitur, ut adolescentem credat amare
 meretricem et hac causa nolle <re>ducere uxorem. ideo
 674 adiecit **52** NAM COGIS EA QVAE NOLO VT PRAESENTE HOC 10
 LOQVAR. et est inuectio, per quam coniecturalia argumenta
 colligit, quod hac causa uxorem nollet reducere, quod
 diligit meretricem. scilicet a summo ad imum argumenta
 colligit, quod primum dixit propter matrem nolle <re>ducere
 uxorem, et ea causa sublata est, *siquidem promisit illa se* 15
rus discessuram. nunc aliam reperit causam, quod puer
 clam eo natus est. ergo colligit uanas suspiciones. et
 causae quidem mutantur, et esse illam potioem, quod
amicam meretricem diligit. sed iungitur cum castigatione
correctio, quod diu permiserat pater amare meretricem, quod 20
iam credebatur esse correctus, dum uxorem duxerat. deinde
 689 *obiurgatio opponitur* **67** NVNC ANIMVM RVRSVM AD MERE-
 TRICEM INDVXTI TVVM. sensit, quod adeo uxor discessit de
 domo, nullae cum causae fuerant, nisi quia maritum sen-
 694 serit meretricem diligere et idcirco discesserit. — **72** DABO 25
 IVS IVRANDVM NIHIL ESSE ISTORVM MIHI circumuentus adu-
 lescens argumentis solo iureiurando uult se ipse purgare.
 705 — **83** CVM MIHI SIT IN EA RE ADIVTRIX quae et ipsa
 710 dixerat (III 3, 40) 'continuo puer exponetur'. — **88** NON
 FACILE ISTAE FERVNT numquam mulieres aequo animo ferunt 30

3 neutra in re *F* (*Ter.*) || 4 *IPSE*] ipsa legit *Eugr.*, cf. *schol.* ||
 9 reducere *W.*; sic et *infra* || 11 per quam *W.*: quamquam *codd.*;
 qua *Westerh.* || 14 quod] nam α | ducere post uxorem α || 16 re-
 perit aliam α | puer — est] partum celauit α || 18 potius α ||
 19 diligit α || 20 promiserat (-it *F*) *codd.*, corr. *W.* || 22 RVRSVM
om. G || 24 senserit *W.*: -rat *codd.* || 27 iuramento se uult α ||
 29 puer non est *Ter.* | exponitur *codd.* || 30 numquam — mari-
 torum] quia mulieres numquam uolunt a maritis nisi se amari α

- 711 amicas maritorum. — **89** PROPTEREA HAEC IRA EST mendacio pater puellae probat et fingit sibi hoc suam uxorem
 717 dixisse. — **95** OREMVS ACCVSEMVS GRAVIVS DENIQVE MINITEMVR persuadet pater Pamphili, senex uti conueniat meretricem ac primo roget accuset, deinde <de> praeterito [uel futuro] minitetur, denique de futuro, ne recipiat Pamphilum.

V.

1.

- 727 **1** NON HOC DE NIHILO EST QVOD LACHES NVNC ME CONVENTAM ESSE EXPETIT haec scaena mixta est, nam et controuersiae speciem tenet et deliberatiuae. controuersia in hoc est, quod rea fit iniuriarum ex hoc, quod Pamphilum recipiat, meretrix, posteaquam duxit uxorem. coniecturalis est causa: negat enim factum. sed quoniam argumenta deficiunt, fides efficitur per genera testimonii ac primum per iusiurandum, deinde per fidem tormentorum, nam seruus promittitur in tormenta. quibus rebus cum purgata meretrix fuerit, persuadetur ei, uti ad matrem pergat et hoc idem iusiurandum illis det ac fidem faciat se post uxorem ductam Pamphilum non recepisse. — **3** VIDENDVM EST NE MINVS PROPTER IRAM IMPETREM QVAM POSSIM temperat iracundiam suam senex, ne minus impetret a meretrice, quam uult, dum uehementer irascitur. — **9** NE NOMEN MIHI QVAESTVS OBSTET etiam ipsa uehementer timeo, ne quod meretrix dicor impedimento sit commodis meis nec male audiam ex uocabulo. facile autem tutor et defendo mores
 738 meos. — **12** QVO MAGIS RES OMNES CAUTIVS NE TEMERE FACIAM CVRO quoniam ego ea aetate sum, ut peccato non dem locum, id diligenter curo, ne aliquid temere faciam. —

2 <et> suam F || 5 accuset <et> codd.; fort. et acc- | de
 add. W. | uel futuro secl. Schoell || 7 me nunc F || 8 et om.
 Gα || 10 fit] sit Gα || 14 <ac> deinde β || 16 pergat <iurandi
 gratia> α || 17 illis om. F || 19 PROPTER IRAM et temperat —
 uult (praeter a meretrice) om. G || 23 nec] hoc est ut F